



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

2191. Markgraf Otto bestätigt die Privilegien der Stadt Neu-Brandenburg,
am 2. Februar 1261.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56621](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56621)

eisdem a theloneo absolvimus, dum in ulterius merces easdem non deducant; si vero ad alia loca merces suas deducere voluerint, ipsi sicut et ceteri deducentes consuetum nobis exsolvant thelonium, secundum quod in veteri civitate nostra Brandenburg observatur. Insuper concedimus burgenfibus nostris supradictis, si quid utilitatis et commodi in foro ejusdem [civitatis] propriis poterunt construere laboribus et expensis, ut hoc communi consilio in usum oppidi convertere possint libere et secure. Volumus etiam ut predicti oppidi nostri burgenfenses in omnibus nostri domini civitatibus, oppidis, villis seu locis aliis, ad que cum suis rebus et mercibus accesserint, ab exactione thelonii sicut et homines nostrarum civitatum ceterarum liberi sint penitus et exempti, et in omnibus eo jure gaudeant, quo jure homines veteris civitatis nostre Brandenburg hactenus sunt gavis. De hospitibus vero in rebus eorum vendendis et etiam abducendis idem observari volumus, quod in civitatibus nostris Brandenburg nova et veteri observatur. Ut autem predicta omnia stabilia perseverent, presentem paginam cum testium subscriptione conscribi iussimus et sigilli nostri munimine roborari. Nomina testium sunt hec Henricus pincerna de Spandow, Albertus de Redern, Henricus de Sidow marschalcus, Bartholdus de Stendel magister coquine, Albertus de Wodenswege, Henricus de Wodenswege advocatus in Stargarde, Albertus prepositus in Stendel, et alii quam plures. Datum Stargarde, anno Domini M^oCC^oLIX^o, tertio Idus Januarii.

Aus Boll's Gesch. des Landes Stargard I, 289. 290.

2191. Markgraf Otto bestätigt die Privilegien der Stadt Neu-Brandenburg,
am 2. Februar 1261.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto, Dei gracia Marchio, omnibus in perpetuum. Mutabilium temporum successio etc. Ut autem haec nostra collatio in perpetuum stabilis perseveret, praesentem paginam dictae civitati duximus sigillandam. Hujus rei testes sunt Eiertto marschalcus de Dewitz, Henricus de Wodenswege advocatus in Stargard, Henricus Spole, Hermanus de Staffeld, Henricus de Bertecow, Henricus Spiet, Hermanus de Radenbeck, Johannes noster notarius, et quam plurimi. Acta sunt in Stargard, anno Domini MCCLXI^o, II. Febr.

Nach Boll's Gesch. des L. Stargard I, 291.

Amm. Dieses durch viele Lese- oder Druckfehler entstellte Fragment theilt von Hacken in der Geschichte der Vorderstadt Neu-Brandenburg, 1783, p. 20 mit, ohne anzugeben, woher es entlehnt sei. Statt Eiertto de Dewitz ist vielleicht Echarodus de D., statt Henricus Spiet wohl H. Splinter zu lesen.